

Q. B. D. V.  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
*SERENISSIMO PRINCIPE REGIO*  
DOMINO  
**FRIIDERICO AVGVSTO**  
ELECTORATVS SAX. HEREDE RELIQUA  
DE  
**DVELLIS  
GERMANORVM**  
PRAESES  
**M. CHRISTIANVS GODOFR:  
CHEMNITIVS**  
TREB. SAXO.  
ET  
RESPONDENS  
**GEORGIVS BELITZ**  
GROSGLIENENS. SAXO  
DISPVTABVNT

s priv. Germ.

A.  
164, 58

AD. D. II. IVNII M DCC XVII.

VITEMBERGAE LITERIS SAMVELIS CREVSIGII

*An der Stelle steht ein handschriftlicher Wappenstein, Fass. J. 6. Bl. 136 B.*

6.

СИЛЕНІЯ  
СІЛЕНІЯ  
СІЛЕНІЯ  
СІЛЕНІЯ

СІЛЕНІЯ  
МУНОМАНІЯ

СІЛЕНІЯ  
ЧЕРІВІЯ

АКІДІОНА

СІЛЕНІЯ  
СІЛЕНІЯ

СІЛЕНІЯ

**D**uellorum originem, a Celticis potissimum ac Scy-*Ratio in-*  
thicis gentibus repetendam, pariter ac propagatio-*nem instituti.*  
nem in diuersas Romani imperii prouincias, supe-  
riori dissertatione exposuimus. Nunc ad Germa-  
nos nostros reuertemur, et, quae ratio monoma-  
chiae apud eos, inde a constituto regno atque im-  
perio Germanico, usque ad praesentem aetatem fuerit, con-  
siderabimus.

II. Antiqua Germanorum uoce, iudicium eiusmodi arma-*Iudicium*  
tum s. duellicum uocabatur Wehrding. In decreto Thas-*duellicum*  
ilonis A. 772. facto, ap. Lindenbrogium p. 440. legitur: *de pu-Germani-*  
*gna duorum, quod Webadinc uocatur, ut prius insortiantur etc.* At-*dixerunt*  
que ita scriptam uocem *Webadinc* Lindenbrogius etiam in *Wehrding*.  
Glossario suo repetiit, quem alii secuti sunt. Sed recte iam  
pridem Marcus Velserus lib. V. rer. Boic. p. 103, et post eum,  
Iustus Georg. Schottelius lib. de singularibus quibusdam et  
antiquis in Germania iuribus cap. XXVIII. §. 14. 15, annota-  
runt, uerum uocabulum esse *Wehrding*, deductum a *Wehr* siue  
*Gewebr*, arma, et *Ding*, s. *Geding*, conuentio, iudicium. Prior  
uox nec hodie in desuetudinem uenit, et posterioris uestigia  
seruant uerba composita *Dingstag*, siue, ut est in *Weichbild* art.  
47. *Dingtag*, dies olim iudiciis destinatus, *Dingmann*, curialis,  
*Dingstatt*, uel *Dingstete*, locus, ubi iudicium exercetur, et alia  
huiusmodi studiose collecta a Iust. Georg. Schottelio l. d. et  
Op. de lingua Germ. lib. I. cap. 6. et lib. II. cap. 12. Ipsius er-  
go uocis indicio constat, duella olim in Germania fuisse ge-  
nus quoddam iudiciorum uulgarium, siue *Vrtellorum*, quod  
superiori dissert. pluribus probatum dedimus.

III. Quoad Germani siue Franci orientales, cum Francis *Et a Fran-*  
occidentalibus coniuncti, et eodem imperio comprehensi fue-*cis occid.*  
runt, sicut ceteras leges, ita etiam hanc de duellis commu-*separati*  
nem habuerunt. Vnde, quae de Caroli M. et Ludouici Pii *retinue-*  
decretis, in hac causa promulgatis, pariter ac de duellis Ger-*runt. sec.*  
manorum, ad antiquiora tempora spectantibus, in superiori  
dissert. allata sunt, hoc loco non repetemus. Neque uero  
Germanos a Francis occidentalibus segregatos, duellorum con-  
fuetudinem mutasse, ipsius Ludouici Germanici exemplo

patet. Cum enim inter eum, et fratrem Carolum Caluum, Franciae occidentalis regem, contentio de finibus orta esset, antequam ad arma ueniretur, ille ad hunc triginta uiros misit, quorum decem aqua feruente, decem frigida, et reliqui decem ferro candente docerent, terras de quibus contendenter, iure hereditario ad Ludouicum pertinere, et iniuste Carolum eas sibi vindicare, ut refert Aimoinus lib. V. Cap. 34.

*Sec. X. in controuer-  
suis facti,* IV. Sec. X., in primis Ottonum Imperatorum tempore, illae etiam controuersiae, quae antea iureiurando terminari solebant, ex communi Imperatoris, Pontificis Romani, et Procerum Italiae decreto, ut periuria uitarentur, iudicio duellico subiectae sunt. Ita enim leg. Longobard. lib. II. tit. LV. num. XXXV. continetur: *Antiquis est constitutum temporibus, ut si chartarum inscriptio, quæ constabat ex prædiis, falsa ab aduersario diceretur, sacrosanctis euangeliis tactis, ueram esse, ab ostensore chartae probabatur, siveque praedium sibi deliberatione iudicium vindicabat. Quia ex re mos detestabilis in Italia, improbusque, non imitandus, inoleuit, ut sub legum specie, iureiurando acquireret, qui Deum non timendo minime formidaret periurare.* Tempore igitur, quo piissimus rex Otto Romae unctionem suscepit imperii, residente in synodo, summo et uniuersali Papa domno Ioanne XIII. ab Italiae proceribus est promulgatum, ut Imperator sanctus, mutata lege facinus indignum destrueret, per quod, et si corpore quispiam diues fieret, anima pereunte, pauper in aeternum maneret. Iudicio itaque domni Papae, et piissimi Augusti, expectatum est usque ad illam synodum, quae parua post intercapidine habita est Rauennæ. Itaque, cum ab omnibus imperiales aures magnis quaestionibus pulsarentur, ut mutata lege, fraudem hanc tam diram ab Italia tolleret, conuenientibus ceteris consentientibus, legem huiusmodi secundum inferiora promulgavit capitula. Sequuntur deinde leges speciales de causis per duella decernendis, n. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XL. Speciatim Abderamo, Duci Saxonico, Imperator Otto I. diplome A. 967. X. Kal. Aprilis dato, protestatem concessit, possessionem bonorum suorum per sacramenta aut per pugnam tuendi, ap. Meibomium T. I. Rer. Germ. p. 751. Quin ipsa Ottonis M. filia, in uiolatae pudicitiae luspcionem a Cunone s. Conrado, Eberhardi comitis fi-

lio

lio, adducta, rogatu patris, per Burchardum Saxonem, duello cum Cunone inito, vindicata est, teste Ditmaro Merleburgensi lib. II. p. 40. edit. Maderiana, et continuat. Reginonis ad A. 950.

V. Illud uero singulare est, quod non tantum controuer- *Et iuris*  
*siae de factis, sed etiam de ipso iure, duello decisae fuerint.*  
 Notum est, olim in Germania non satis definitum fuisse, utrum hereditas et successio procerum, ad filii natu majoris, ante illos defuncti, liberos, patrem repraesentantes, an potius ad filium, natu minorem, adhuc superstitem, pertineat? Haec lis A. 942. ex decreto comitiorum Strelenium monomachiae iudicio, nepotibus adiudicata est, quod Witichinus lib. II. Annal. p. 644. his uerbis refert: *De legum quoque uarietate facta est contentio, fuereque, qui dicerent, quia filii filiorum non deberent computari inter filios, hereditatemque legitime cum filiis sortiri, si forte patres eorum obiissent, auis superstibus. Vnde exiit edictum a rege, ut uniuersalis populi conuentio fieret apud uillam, quae dicitur Strela, factumque est, ut causa inter arbitros diuidaretur debere examinari.* Rex autem meliori consilio usus, noluit uiros nobiles ac senes populi in honeste tractari, sed magis rem inter gladiatores discerni iussit. *Vicit igitur pars, qui filios filiorum computabant inter filios, & firmatum est, ut aequaliter cum patruis hereditatem diuidarent, pacto sempiterno.* Consentit Sigebertus Gemblacensis, cuius ad A. 942. haec uerba sunt: *Orta dissensione inter principes de uarietate legis, utrum deberent auis superstibus, filii filiorum, post parentes defunctos hereditare, an, ex hereditatis fratrelibus, deberet hereditas ad patruos redire?* ex regis Ottonis, omniumque principum sententia, cognitio ueritatis commissa est gladiatorio iudicio, cessitque uictoria his, qui censebant, fratrum filios debere cum patribus hereditare. Conf. Magnum Chron. Belg. T. III. Pistor. p. 78.

VI. Neque hunc morem sustulerunt Imperatores Salici siue Franconici Sec. XI. rerum potiti. Primus eorum, Conradus Salicus, altero post anno, quam regnum inierat, Christi 1025. duello inter Slauum quendam et Saxonem permisso, dissidia illorum sustulit, ut refert Wippo in uita eius. Henrici III. Imperatoris coniux, Gunildis, regis Angliae so-

ror, castitatem suam duello, inter accusatorem et unum e ministris suis instituto, probauit, teste Wilhelmo Malmesburiensi lib. II. cap. 12. Sub eodem Imperatore *Ditmarus Comes*, frater ducis Bernhardi, cum a milite suo Arnoldo accusatus fuisset, de inito contra imperatorem consilio, congressus cum eo, ut obiectum manu propria purgaret, uictus et occisus est. Lambertus Schaffnaburgensis ad A. 1048. Qua ratione, Otto, Dux Baioariorum, perduellionis accusatus, ab Henrico IV. iussus fuerit, cum accusatore congredi, et obiectum crimen manu propria refellere, pluribus exponunt Lambertus Schaffnaburgensis ad A. 1070. et Conradus Ursbergensis ad A. 1071. Geminum huic exemplum praebet Regingerus, qui, cum se ab Henrico IV. ad caedem principum sollicitatum professus esset, si rex inficiaretur, se paratum ostendit cum ipso, uel cum quis homine, conserta manu, rem diuino iudicio committere. Ap. Lambert. Schaffnab. ad A. 1073. Plura exempla ex monumentis ciuitatis Hallensis in Suevia, his uerbis memorat Munsterus Cosmograph. lib. V. p. 990. Anno Christi 1005. hat Iost von Burgau, und Ioerg Hail zu Halle kämpfft, auff dem Viehemarkt am nächsten Freitag nach S. Jürgen tag, lag Jörg Hail ob, und Iost von Burgau blieb bis an den Donnerstag, und starb. Darnach kämpfften aber zween edle mit einander in grünen Röcken ohne harnisch, da ergab sich einer dem andern. Weiter hernach haben zween edlen, einer Greuter geheißen, der andere Baustätter, mit einander kämpfft, und ist der Greuter obgelegen, und auff den Knyen von der Wahlstate gangen, in eine Capell unsrer lieben Frauen, zu Hall an Capellen thor, daß ihm die Knye bluteten; darnach haben zween edlen einer von Münchingen, der andere von Rappenburg, mit einander kämpffen wollen, die seynd von einen Rath zu Hall abgethädigt worden.

## Sec. XII.

VII. Sec. XII. Fridericus I. Imperator tit. de pace pentenda, monomachiam, inter legitimos probationum modos, haud obscure approbat. Radeuicus certe, morem iudiciorum huius temporis describens, *Quod si testes, inquit, defuerint, et ille (reus scilicet) se iuramento expurgare uoluerit, accusator, si uult, potest iuramentum refutare, et illum duello impetere, de Gestis Friderici lib. I. cap. 16: Quod idem Güntherus in Ligurino lib. VII. u. 259. his uerbis expressit:*

Si

— — — — Si teste carebit

*Altera pars, facinusque uolet, formidine poenae  
Abiurare reus, poterit iurare uolentem  
Quilibet oblato licite reprobare duello,  
Passurus similem non uicto crimine poenam.*

Hac igitur lege et consuetudine fretus, Theodoricus Marchio de Landsberg, A. Christi 1179. in publica curia Magdeburgen si duellum contra Henricum Leonem, Saxonie ducem expetiit, imponens ei quasdam traditiones contra imperium factas, ut est ap. Arnoldum Lubecensem Chron. Slauoruin lib. II. cap. 24.

VIII. Modum et conditones duelli ineundi, huicdum in Sec. XIII. Germania quasi per manus traditas, sec. XIII. nonnulli etiam leges duelliteris mandarunt, ut adeo sensim scriptae legis formam obtinerent, Vid. Speculi Sax. lib. I. art. 63. et Weichbild art. 35. Ex his manibus non solum huius, sed et antiquiorum temporum consuetudinem a estimare licet. Videamus nonulos saltem exempli causa: I. *Quilibet homo potest sibi duellum in generatione deteriori, sed non deterior meliori denegare.* II. *Negare quis potest duellum, si post meridiem ei inferatur.* III. *Vt duellant, quantum uoluerint, de corio et lineo induant, modo frontes, i.e. capita et pedes maneant denuo.* In manibus non nisi simplices habeant chirothecas, nudum in manu quilibet gladium, et cum uno vel pluribus, secundum cuiusque arbitrium, praecingantur. Clypeum ligneum in manu ferant, et unam tunicam induant, cuius manicae usque ad cubitum se extendant. IV. Ante iudicem accedere debent praeparati, et iurare, actor uidelicet, quod illa accusatio uera sit, et reus, quod innocens sit, et sic eos Deus adiuuet in suo duello. V. Splendor solis eis diuidatur, quando procedunt.

IX. Et Imperator quidem Fridericus II. ut alia Vrtello-  
rum siue iudiciorum uulgarium genera lege uetus, ita, quan-  
tum in eo fuit, etiam duellorum superstitioni se opposuit. Sed cum malum nimis inueteratum funditus tollere non posset, arctioribus saltem limitibus illud coercuit: Nam plerasque cau-  
tas, monomachia disceptari solitas, ad pacata iudicia remisit, et relictam in quibusdam duellandi libertatem, ad certum hominum genus certasque leges restrinxit. Eo spectat Constit. Sicular. lib. II. tit. XXXII. Prosequentes beneuolum nostrae uoluntas propositum, quo pugnas a nostra republ. praeterquam in quibus-  
dam

dam paucis admodum casibus exceptis, praeuidimus submouere, ingerente se casus praesentis materia circa Francos, qui personarum suarum, plurimumque rerum suarum omnium, aut maioris partis eorum fortunam in monomachiam, quae duellum vulgariter dicitur, reponebant, quid de eis celsitudo nostra praeuiderit statuendum, constitutioni praesenti manifestissime declarantes. Praedictum igitur probationis modum, per pugnam uidelicet, quo iure Francorum uiuentes hactenus utebantur, tam circa principales personas, eam sibi inuicem offerendo, quam circa personas testium inuicem productorum, tam in ciuilibus, quam in criminalibus causis de cetero uolumus esse sublatum. Sed si Francus aliquis Franco, super aliqua quaestione ciuili, uel etiam criminali extiterit impetus, per probationes testium uel instrumentorum, et similem, per quos posset plene probari ueritas, conuincatur. et quod sub fine huius tit. legitur: Consuetudinem autem, quae in quibusdam regni partibus obtinebat, per quam hi, qui Franci non sunt, de iure communi censentur, testibus contra se productis, in quocunque iudicio possint pugnam offerre, funditus extirpamus; sed personarum et causarum distinctione seruata, in eorum causis iuxta nouae constitutionis nostrae statuta, iustitia praeuia, et aequitate seruata, ad diffinitiuam sententiam procedatur. It. tit. XXXIII. Monomachiam, quae vulgariter duellum dicitur, paucis quibusdam casibus exceptis, inter Barones regni, nostraeque ditioni subiectos, in perpetuum uolumus locum non habere, quae non tam uera probatio, quam quaedam diuinatio dici potest; quae naturae non consonans, a iure communi deuiat, aequitatis rationibus non consentit. Excipiuntur tamen, ab huius sanctionis humanitate, homicidii et criminis laefae Maiestatis rei, in quo crimine, pugnae iudicium reseruatur. Cuius exceptionis hanc Imperator reddit rationem: non, quod in ipsis nostra serenitas iustum aestimet, quod iniustum in aliis reputavit: sed quod in eorum poenam et aliorum exemplum, publice in conspectibus hominum sub tremenda probationis specie, tales constitui uolumus homicidas, qui occultas atque furtivas insidias uitae hominum, quos sola potest creare diuina potentia, parare minime timuerunt. Eos enim extra omnes modestiae terminos stabilimus, qui aduersus securitatem nostram, per quam omnibus aliis praestatur securitas, moliri aliquid non uerentur. et tit. XXXIV. In causa depositi, in qua olim pugna locum habebat, pugnae prorsus interdicitur facultas.

X.

X. Praeterea etiam ciuitatibus quibusdam Germanicis *Eiusdem priuilegia aduersus duella tribuit, nominatim Ratisbonensi: et aliorum*  
*Vt quicunque ciuis Ratisbonensis de duello impetratur, si se poterit ex- Imperato-*  
*purgare duodecima manu honestarum personarum, de impetitione, rum pri-*  
*qua impetratur, sit absolutus, ap. Wiguleum Hundium in Metro- uilegia ad-*  
*poli Salisburgensi, tit. Episcopus Ratisbon. Tom. I. edit. uersus du-*  
*Gewold. p. 138. et ciuitati Vindobonensi A. 1237. Si septima ella.*  
*manu honestarum personarum se expurgare possint, ap. Lambecium*  
*in comment. de Biblioth. Caesar. lib. II. p. 81. item ciuitati*  
*Norimbergensi: Vt nemo aliquem ciuem loci illius duello impetrat in*  
*toto Romano imperio, ap. Goldastum Tom. I. Constit. Imperial.*  
*p. 291. Similia priuilegia, post Inter regni Germanici turbas,*  
*in quibus omnia omnibus licebant, finitas, alii etiam Impe-*  
*ratores, aliis ciuitatibus impetruerunt, ut Rudolphus I. ciuita-*  
*ti Rotenburgo-Tuberanae A. 1247. Es soll noch mag kein auswart-*  
*mann, umbe keinerley Sache nicht laden, noch kämpfflichen ansprechen,*  
*keinen unsern Bürgern uon der uorgenandten Stadt et reipublicae*  
*Francofurtanae A. 1291. Quod nullus uos, uel uestrum aliquem,*  
*modo duellico, seu per uiam duelli, extra ciuitatem Francofurensem*  
*possit uel debeat euocare. ap. Datum de Pace publica lib. I. cap.*  
*I. p. 5.*

XI. Nihilominus exempla testantur, leges etiam optimas, *Duella in-*  
*contra uim prauae consuetudinis parum valuisse. Quae, uta- ter homi-*  
*lia, huic seculo cum antecedentibus communia, taceam, eo pro- nes diuer-*  
*cessit, ut diuersi etiam sexus hominibus monomachia conce- si sexus.*  
*deretur. Tale duellum, Bernae A. 1228. die V. Ianuar. com-*  
*missum, in quo foemina a uiro, aduersario suo, uictoriam re-*  
*tulit, pluribus describit Stumpfius in der Schweizer Chronicke*  
*p. 17. Similis duelli descriptio et pictura in bibliotheca Guel-*  
*ferbytana ostenditur.*

XII. Sec. XIV. patrocinium duellorum, concilii licet Va. Sec. XIV.  
*lentini Canone XII. Nicolai I. Ep. 50. Alexandri III. cap. 10. duella pu-*  
*dpurgatione uulgari, aliorumque Pontificum et conciliorum blice de-*  
*nuncretis, damnatorum, suscepit Dantes Aligherius, qui lib. II. fensa et*  
*de monarchia p. 262. edit. Schard. recte ad monomachiam recur-concessa.*  
*ri, existimat, ne iustitia derelicta maneat, ubiunque iudicium huma-*  
*num deficit, uel ignorantiae tenebris inuolutum est; adeoque per eam,*

de libero consensu partium, non odio, sed amore iustitiae, per virum tam  
 animi, quam corporis mutuam collisionem, diuinum iudicium postu-  
 landum. Praecipue uero inualuerunt hoc tempore duella illa  
 quae supra memorauimus, de dignitate et existimatione dimi-  
 cantium, publica etiam auctoritate approbata. In tale certa-  
 men A. 1336. uenerunt duo equites, Hector de Trautmanns-  
 dorff, cubicularius, et Seyfridus Fraunbergerus, consiliarius Im-  
 peratoris Ludouici IV. Cum enim hic, gentem suam Traut-  
 mannsdorffiana nobiliorem et antiquiorem dixisset, die ab  
 Imperatore constituto, duellum cum eo inire, et uictus, pro  
 se ac posteris suis, superiorem locum Trautmansdorffis con-  
 cedere, necessum habuit. Dignae sunt, quae hoc loco legan-  
 tur ea de re, literae publicae Imperatoris Ludouici. Wir Lud-  
 wig, von Gottes Gnaden Römischer Käyser, zu allen zeiten Mehrer des  
 Reichs, bekennen öffentl. mit dem Brieff, daß für uns kommen ist der  
 Veste und gestrenge Mann, Hector uon Trautmannsdorff, unser lieber  
 getrcuer Cammermeister, und sich beklagt über Seyfried den  
 Fraunberger, unsern Rath, wie er ihm hinterrüks seine Ehre benom-  
 men, und sich allenthalben berühmet, besser, und uon Adel älter herkom-  
 mens seyn, dann er. Darauff hat Fraunberger unuerholen seine Antwort  
 gethan, er hätte das geredt: bitt darauff unser Cammermeister, daß ein  
 ieden zuweisen berufft, darauff eine Brieffliche Vrkund uor unser für-  
 zubringen, das beyde Theil gethan haben. Zum ersten hat Seyfried der  
 Fraunberger seyn guth besiegt Brieff, mit Iahrzahl zweyhundert und  
 dreyzehn Iahr, darnach Hector uon Trautmannsdorff, auch mit seinen gu-  
 ten besiegelten Brieffen gewiesen, vierthalbhundert Iahr, auch zwey Iahr.  
 Nach dieser weysung sich diese beyde außerhalb unser, zu kämpffen (bey  
 ihrem grossen Eyden geschworen) uerplicht haben, um Fängniß, und  
 um ihr Schild und Helm, und Kleinodt darinn, und darauff den andern  
 Sieghafften, mit Leib und Wapen heimfallen sollte, das mit hohen  
 bitt an uns gethan, ihnen das zuuergünnen: haben wir ihnen beyden,  
 nach unsern beschlossenen Ratb, das zugeben, und einen Tag angestellt,  
 ist Seyfried der Fraunberger schwerlich unterlegen, und des Kampffs  
 siegloß worden. Darnach hat unser leib Cammermeister, Hector  
 Trautmannsdorff, unser Frauen der Käyserin den gefangenen Seyfried  
 zu einer Ehrung geschencket, haben wir darauff aus uergünning der  
 Käyserinn, den gefangenen Seyfrieden, mit leib, und seinen Willkürr  
 wie-

wiederum ledig gesprochen, doch in der Gestalt, daß binföhro unser getreuer lieber Cammermeister, Hector uon Trautmannsdorff, sein Bruder, ihre Erben, und alle ihre Nachkommen, uor Seyfrieden uon Fraunberger, seine Erben, und Nachkommen, allweg, im Schimpff und Ernst, mit ihr Leib und Wapen, den Fürstandt haben sollen. So aber Seyfried der Fraunberger, oder seine Nachkommen das nicht hielten, aus muthwillen übertreten, sollen sie uns und unsern Nachkommen, ohne alle Gnade uerfallen seyn bundert Marck Goldes, auch Hector uon Trautmannsdorff funftzig Marck Golds. Das bestätigen wir ihm aus Käyserlicher Macht mit diesem unsern Brieff, und Käyserlichen anhangenden Siegel, der geben ist in unsern Markt Myorach an S. Georgen im 1336. und unsers Reichs im zwanzigsten Iahr.

XIII. Contra malum hoc nimis ingrauescens, plures ciuitates per priuilegia sibi prospexerunt, cuiusmodi est priuilegium ciuitatis Tremoniensis ab ipso Ludovico IV. obtenuimus quidam A. 1332. Indulgemus etiam uobis, successoribusque uestris universis, exoneramusque uos, et releuamus ab omni impetitione duelli: aduersus sic, quod nulli liceat, uos, pro quacunque causa, siue quocunque modo, duella in quibuscumque locis, terminis aut districtibus, siue territoriis, quo-pertita. modo libet, impetere per duellum. uid. Beylagen des A. 1688. zu Regenspurg dictirten Dortmundischen Memorials. Geminum huic priuilegium Imp. Carolus IV. Wormatiensibus A. 1355. his uerbis confirmauit: Wir bestätigen ihnen auch die Freyheit, das sie niemand kämpfen mag. uid. Limnaeus ad I. P. lib. VII. cap. 56.

XIV. Sec. XV. et XVI. eo res rediit, ut pro integrarum Sec. XV. gentium gloria et existimatione duella susciperentur. Ex- et XVI. emplum talis pugnae inter tredecim Italos, totidemque Gallos, quorum illi uictoriam rerulerunt, fusa memorat Guicciardinus lib. V. Hist. Ital. p. 189. Geminum huic est duellum rum gentium Comitis Germani, Io. Sonnebergii, ex nobilissima Druchfessiorum Waldburgensium gente orti, A. 1468. cum Italo existimatione dam, Antonio Maria, copiarum Venetarum ducis filio, inscripto, quod Philippus Camerarius, ex genealogia generosae protapia Druchfessiana, Waldburgicae stirpis, in Centur. II. Meditt. hist. cap. XIX. his uerbis memorat: Antonius Maria, Ruperti Mariae Sanseuerinatis, copiarum Venetarum ducis filius

lius, Italus, uoce militari prouocat Germanos, SI VNVS EX ILLIS  
 DVELLO SECVM, FORTITVDINIS ERGO, VTRA GENS BEL-  
 LO PRAESTANTIOR ESSET, DIMICARE VELLET? accepit  
 hanc conditionem, Io. comes Sonnebergius, et conuentum est, ut uictor  
 mille florenos, et equum atque arma uicti, tropaei loco, lucraretur.  
 Locus certaminis in ripa Athesis, intra duo castra medius, destinatus  
 est, additis campi custodibus, quos GRIESVVERTHEL uocant, uni-  
 cuique parti quatuor, uiris militaribus, addita poena suspendii, si quis  
 alius, praeter octo illos, uel uerbo, nutu, alioue signo indicium daret.  
 Huc accessit pactum, uter ex pugnantibus nomen sanctae Catharinae ex-  
 clamaret, ut is pro uicto haberetur, et tum demum, custodes illi de-  
 stinati potestatem haberent, succumbenti subueniendi, atque pecuniam,  
 equum, et arma uictori tradere tenerentur. Cum pugna committeretur,  
 Sonnebergius equum pariter, ac gladium amisit: unde propius accedens, lu-  
 ctari cum aduersario suo coepit, qui, abiectu gladio, eum amplexus,  
 magna ui prosternere conatur. Sed uiriliter a comite resistitur, donec  
 ambo lassi lucrando, simul corrunt, ita, ut Maria collum eius dextro  
 suo brachio teneret, ille uero iacentem sinistro femore sub se premeret.  
 Resumis deinde ex lucta paulisper uiribus, Sonnebergius sinistra manu  
 dissimulanter explorans, an luctator suus circa nates, aliquo modo extan-  
 tates, lorica armatus esset, quam detegere posset? id sentiens, pugio-  
 ne a tergo ex dextra in sinistram translato, sublata lorica hostis sui,  
 eum in natibus uulnerare coepit, qui, ab illa parte corporis nudus, sen-  
 tiens ictus ingeminari, absque mora Catharinae nomen proclamauit.  
 Audito hoc, eius custodes quatuor accurvunt, et Mariam prostratum  
 et uulneratum erigunt, atque subtrahunt ex pugna, ne occideretur.  
 Hic fuit monomachiae finis, ex qua Germaniae nationis laus et honor  
 admodum aucta, et hostibus formidabilior facta fuit. Addatur Petr.  
 Bembus Histor. Venet. lib. III. p. 7. et Petr. Iustinianus sub  
 initium lib. VI.

**Ritus et XV.** Intra fines Germaniae, potissimum apud Sue-  
 loca dueluos huiusmodi contentiones eo tempore uiguerunt. Exem-  
 plum duelli A. 1409. Augustae Vindelicum commissi memo-  
 ratur in Chronico Augustano Tom. III. Pistor. p. 614. inter  
 Marschalcum uidelicet, et Hachsenacker, in quo Marschalcus,  
 cum prostratus esset, et a suo aduersario interrogatus, si fortuna sibi  
 fauisset, quid agere uellet? dixit, se imperfecturum hostem suum, quod et

mox

mox Hachsenacker in eum fecit, seque portari fecit in feretro suo, quod illuc stabat ex more, quod etiam libitinam dicunt, ad Ecclesiam S. Vdalrici, agens gratias. Quod Chronicon memorat de feretro, in locum duelli illato, idem Sebast. Munsterus l.c. de iudicio duellico in ciuitate Hallensi, una cum aliis duellorum ritibus, usque ad sua tempora seruatis, refert: In dieser Stadt ist ein Kampff Gericht, wenn zwey edel rittermässige mit einander kämpffen wollen, umb Ehre und Glimpff, und wird diese Ordnung gehalten ---- Der Rath lässt den Ort mit Sand beschütten und umschrancken, und iedem ein Hütten, da er mit den Griesswarten, und seinen Verwandten seyn mög, machen, und iedem ein todtenbahr, mit Kertzen, Bartfücher, und andern dingen, die zu einer Leich gehörendt. Addit etiam de confessionario. Es wird auch einem iedem seines gefallens ein Beicht-Vater, zween Griesswarten, und einen als den andern gleich Harnisch und Wehr zugelassen, reliqua, als denn bestimt ein Rath ihnen beyden Stund, auff seinen Platz in seine Hütten zukommen mit seinen Beicht-Vater und Griesswarten, etc. tandem concludit. Welcher uerwundet wird, und sich dem andern ergiebt, der soll hinfübro geachtet werden ehrloß, auff kein Pferd mehr sitzen, kein Bart scheeren, noch Waffen oder Wehr tragen, auch zu allen Ehren untüglich, und welcher todt liegen bleibt, der soll zur Erden ehrlich bestattet werden: Vnd dieser, der also obliegt, der soll sein Ehr gnugsamlich bewerth haben, und forthin ehrlicher gehalten werden. Similia loca et iudicia duellorum (Kampff Plätze) Wirtzburgi et Onoldini prope Norimbergam constituta fuisse, idem Munsterus docet, et publici iudicij Rothweilensis sententia, usque ad A. 1450. multas causas duello decisas fuisse, Goldastus ostendit. Contra iudicium duellicum Norimbergense, graues querelae ciuitatum Sueuicarum leguntur in literis A. 1427. publice scriptis: Vnd als auch denne sunderlichen zu der nächst uergangenen Manung fürgenommen sind die nächstbenempten Stücke, die den Stätten ihr Freyheit und Recht und herkommen uast berührent, und auch Sie, und die Ihren deshalb gross Vnratz und Schadens wartent seyn müssen, des ersten um die Kampff-Gerichte zu Nürnberg, daß wieder dahainen Biederbmann, weder Freyheit, noch nichtzit anders schirmen, oder behelfen mag; daß auch wieder GOTT den HERREN, und alle Gesetz und Rechte, geistliche und weltliche ist apud Dattum L. I. de Pace publ. c. l. §. 33.

Duella

**XVI.** Post multa regum et conciliorum edicta, conciliatum Tridentinum detestabilem duellorum usum, fabricante diabolo introductum, ut cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminatum uoluit. sed nec fulmine suo consuetudinem, nimis alte animis, praesertim Germanorum, infixam, cohibere potuit. Quamuis enim hoc tempore monomachia non amplius probationis loco usitata esset, quo nomine olim idem fere, quod equuleus, siue tortura praestabat, tamen tuendi uel amittendi honoris opinione tanto efficacius sustentabatur. Testatur illud loach. Vadianus lib. I. de Colleg. Monasteriisque Vet. Tom. III. Rer. Alamann. Goldast p. 7. ubi illam quidem cum aliis purgationum generibus sublatam esse, monet, *praecipue*, inquiens, purgationum species quaedam plus quam superstitione (diu retentae sunt) quibus ad innocentiam explorandam usi sunt, uelut iudicio aquae frigidae, aquae feruentis, nouem uomerum cendentium, et sanctae crucis iudicio, quae demum, ut superstitione sublata sunt. Sublata est et monomachia iam olim Germanis, ad arma et uindictam pronis, usitata: quae ipsa tamen, ne uirium quidem aut roboris, nedum aequitatis aut innocentiae, ullam indicaturam praestare potuit. Sed eandem nihilominus GLORIAE CAVSA, adhuc sua aetate permitti, his uerbis ostendit: Scribae Alemanni postea CAMPI CERTAMEN monomachiam, id est, singularem et condictam illam pugnam, vocauerunt, quam uulgaris, uoce ceu detorta, CAMPFF dixit, cuius ut nomen, ita etiam scelus adeo inhaesit nostrorum animis, ut sint passim, qui atrocem illum et gladiatorium congressum suis, ceu gloriae aliquid et iustitiae afferentem, etiamnum permittant. Exemplum huiusmodi concessionis praebet priuilegium Henricopolitanis A. 1579. a Julio Brunsuicensi concessum, cuius articulus XII. duellandi necessitatem, etiam sub honoris amittendi conditione, his uerbis imponit: *Da sich iemand mit den den andern aus billigen nothwendigen Ursachen balgen und schlagen will, und müssen, zu dero behuef sollen sonderliche und beschränckte Plätze, in der neuen Heinrich-Stadt, an gelegenen sichtlichen Oertern nach Wohlgefallen des Fürsten geordnet, und das balgen keinen trunckenen oder Füllen, sondern gantz nüchtern und freudigen beleidigten Leuten auf nüchtern Morgen gestattet, und sonderliche Scheids-*

Leute

Leute, damit niemand zu sehr uerderbet, darzu gezogen werden, und wer also füller weise gefürdert wird, solle nüchtern bey verletzung seiner Ehren kommen, und seinen Escher wahrnehmen, und sich also mit gleichmäßigen Landsknechtischen Degen, oder schneidigen Webren, und mit keinen Rappier Balgen, darauff dann gesehen werden soll, daß keiner überwehrt werde.

XVII. Sub initium Sec. XVII. ipse Imperator Rudolphus Seculo II. Henrico, duci Lotharingiae confirmavit *ius*, quod ipse dux XVII. antiquitus ad se spectare, et ad praedecessores suos spectasse, praeten- duellorum dit, ut, si quis in terra inter Rhenum et Mosam duellare uoluerit, hu- uesania ad iusmodi duella coram eo fieri debeant, et non alibi consummari, literis sumnum publice datis Pragae A. 1609. quas Conringius operi de Fini- gradum bus Imperii cap. XXVII. p. 441. inseruit. Et tane hoc seculo perducta. duellorum, pro fama et existimatione susceptorum uelania ad summum gradum peruenisse uidetur. Nam, qui duellum reculauerat, omni honestorum uirorum societate et conuictu arcebatur, et in huius infamiae signum, ea parte, quam talis accumbendo occupabat, laciniam mappae refecari, in quibus- dam Germaniae locis mos erat, ut ostendit Knipschild in Ex- ercit. de Contract. Exerc. ult. Quin eo furoris nonnulli pro- cesserunt, ut p[re] existimatione illa, non huius tantum, sed et alterius uitae salutem sibi negligendam putarent. Vix ho- minis, nedum Christiani uox est, quam A. 1617, cum Impe- ratoris Matthiae edictum aduersus duella promulgatum fuisset, ex comitis cuiuldam Germani ore exceptam, refert Zei- lerus not. ad Hist. IV. Rossetti, ex eoque Schottelius de an- tiqu. in Germ. Iur. et obsrv. cap. XXVIII. §. 20. daß er bey einen verzagten, und der ein Duell abschlage, auch im Himmel nicht sitzen wolte.

XVIII. Itaque non immerito ad peruersam haric consue- Princi- tudinem, uelut ad Communem patriae pestem, restinguendam editum, Imperatores aequem, ac ordines imperii confurrexerunt. *ctis coh- Nam* post Imperatoris Matthiae edictum modo laudatum, *bita et ab-* quo capitalis poena in duellatores constituitur, A. 1667. in co- rogata. mitiis Ratisbonensibus, communi trium collegiorum consen- fu, Imperatoris Leopoldi auctoritate confirmato, decretum est

est, ut duella toto imperio exterminarentur. Leg. Reichs Conclusum wegen des Duellirens den 11. Julii Ao. 1667. ap. Lunigium im Reichs-Archiv. Part. gener. p. 432., et Kayserliche Resolution auff das Reichs-bedencken der duellen halben, ibid. p. 434. Sed et singuli Principes Germaniae in suis ditionibus, publicae securitati aduersus illa prospexerunt. Eo spectant leges Augusti, Ducis Brunsvicensis et Luneburgensis A. 1646. et Friderici III. Electoris Brandenburgici, postea Regis Prussici, A. 1688. aduersus duella latae; praecipue uero, Clementissimi Regis atque Electoris nostri, FRIDERICI AVGUSTI edictum A. 1706. primo promulgatum, et A. 1712. renouatum, quo non solum duella ipsa capitali poena uetantur, sed et illorum causis et occasionibus, tam sapienti conuenientique ratione occurritur, ut ex omnibus, quae hucdum in lucem prodierunt, nullum, ad hunc finem obtainendum adeo accommodatum esse uideatur. Quam falso monumentum Parisinum, lege Ludouici XIV, duella abolita esse, glorietur, ipsorum Gallorum testimonio superiori Dissertatione demonstratum est. Sed FRIDERICI AVGUSTI edicto, malesanam hanc digladiandi libidinem esse restinctam, ipsa experientia testatur, plurimaeque ciuitates ac sodalitates confirmant, quae, antea caedibus et homicidiis cruentatae, nunc optata securitate perfruuntur. Idem, cum immortali Potentissimi Regis gloria, de nostra Academia praedicare licet, quae, cum olim quotannis fere suorum clades et calamitates deploraret, ex illo tempore, per decem amplius annos, nullum ferro mutilatum, nedum trucidatum, uidit. Optimi etiam et prudentissimi qui que stultitiam barbari moris agnoscunt, ut, contra illum, rationi, legibus, et iustissimae Maximi Principis uoluntati obtemperare, nulli amplius dedecori uel opprobrio ducatur.

## FINIS.